



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 28. Silentium proximum Deo facit. Est prudentiæ signum, & à
purgatorio liberat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

deposuit, & monachum illum ad vicum Argennas sibi præcepit occurrere, minitans se sic vindicare quòd tota de hoc Gallia loqueretur. Die dicto monachus à iudicibus adiudicatus est, quem ille mox absoluit, & vicum eundem qui optimi vini ferax est, officio sacristæ addixit, pronuntians eum optimum esse monachum, qui benè custodiens munus iniunctum, nec etiam iratus silentium fregit.

CAPVT XXVIII.

Silentium proximum Deo facit. Est prudentiæ signum, & à purgatorio liberat.

*Proxi-
mum
Deo
facit.*

PRimum, quòd scilicet proximum Deo faciat, patet. Nam & Deus in sacris literis tacere dicitur. Isa. 57. 11. *Ego tacens, & quasi non videns. Qui & tacet deuorante & conculcante impio iustior em se.* Heb. 1. 3. Quin & peccatores multa faciunt, ad quæ Deus tacere dicitur, vti pa-

tet

tet, Psalm. 49. 21. Hinc Isa. 42. 14.
*Tacui semper, filii, patiens fui, sicut
 parturiens loquar, dissipabo, & absor-
 bebo simul.* Sic Deus tacet cum do-
 mus eius facta est in exustionem.
 Isa. 64. 11. & desiderabilia eius in
 ruinam.

Secundò, est signum pruden-
 tiæ & doctrinæ. Prou. 11. 12. *Vir pru-
 dens tacebit.* Eccli. 19. 28. *Est tacēs*
& ipse prudens. Amos 5. 13. *Prudens*
in tempore illo tacebit, quia tempus
malum est. Prou. 17. 27. *Qui modeo*
ratur sermones suos, doctus & prudens
est. Vnde Theotistus Philosophus
 teste Vincentio in speculo morali
 lib. 3. dist. 3. part. 5. rustico in con-
 uiuium tacente dixit. Ex doctis hoc
 solum habes quòd taces. Plura pa-
 tent ex cap. 29. num. 5.

Tertiùm est, quòd à purgato-
 rio liberat, id probatur exemplo
 sequenti, quòd tradit Vincentius
 in speculo historiali, lib. 26. cap. 5.

*Est sig-
 num
 prudē-
 tiæ.*

*A pur-
 gator-
 io li-
 berat.*

in hæc verba. Frater quidam Durannus nomine de Bredon, prius idiota apparens, postea Molyacensis Abbas, non incongruus, deinde ad Tholosanum Episcopatum sapientiæ prærogatiua promotus, inter operarios agriculturæ Dei merito sollicitudinis & industria claruit. Hic circumspectus per cætera, verba risum mouentia sæpe incautiùs proferebat. Qua de re venerandus pater Hugo Abbas, cuius monachus fuerat, multoties eum increpans, nec satis proficiens, de futuro interminans Propheticè sic commonuit: Ecce frater charissimè nisi ludicra vero monacho prorsus interdicta, viuens dimiseris, post mortem enormiter apparebis. Quod sanè vaticinium eo migrante constat fuisse completum. Nam Siguino Capellano patris spumoso ore apparens, postulauit flebiliter eius adiuamen, cui

noluit

noluit obedire, dum viueret. Hoc ubi Domino Abbati Siguinus re- tulit, præcepit, vt fratres vna heb- domada pro defuncto taciturnita- tem proprij oris continuarent. Ad hoc septem fratribus electis, cæte- ris obedientibus, vnus eorum voti contemptor silentium interrupit. Rursus Pontifex eidem denuo re- uelatus est, valdè conquestus super illo fratre perfido, qui dum non siluit; sanitatem illius interpola- uit. Audiens ista pijsimus Hugo, præcepit, vt fractura silentij, quæ per vnum contigerat, aliorum se- ptem dierum silentio sarciretur; quo factò, anima Pontificis tertio reuelata, in statu Apostolico se exhibens, purgatori suo memora- to semperq; memorando Hugo- ni gratias suæ integritatis re- portauit. Hæc
ille.

*Hugo-
nis Ab-
batis
pietas*